IO. SALOMON. BRVNNQVELLI. D.

CONSILIARII AVLICI SAXO-ISENACENSIS ET GOTHANI
NEC NON ANTECESSORIS IENENSIS ET P. T.
EX-DECANI

PROGRAMMA,

QVO,

PRIVILEGIVM SAXONICVM DE NON APPELLANDO ETIAM QVERELAM NVLLITATIS, SVPPLICATIONEM SIMILIAQVE REMEDIA AD SVMMA IMPERII TRIBVNALIA EXCLVDERE,

OSTENDITVR,

PRAENOBILISSIMI SVMMORVM IN IVRE HONORVM
CANDIDATI

IOANN. CHRISTIANI VVAITZII

GOTHANI

INAVGVRALI DISSERTATIONI

DE

PRIVILEGIO SAXONICO DE NON APPELLANDO AD TERRAS THVRINGICAS, MISNICAS ET FRANCONICAS EXTENDENDO,

PRAEMISSVM.

LITTERIS MVLLLERIANIS. 1754.





INter cetera, quibus Celsissima Domus Saxonica gaudet priuilegiis atque prae-eminentiis, primum sane illa locum occupat, qua a Curiis Saxonicis ad summa Imperii Tribunalia provocare non licet, quae praerogatiua a CAROLO IV. Imperatore 1) omnibus Electoribus concessa, a FERDINANDO I. gloriosissimae memoriae vero Serenissimae Domui Saxonicae anno post natum Christum MDLIX. specialiter, eam potissimum ob rationem, quod Saxonia nostra bene constitutas Curias habeat, in quibus per tres quatuorue instantias causae merita egregie, & quidem intra breue temporis spatium, magno cum

 par-

1) Licet Electores Seculares, etiam ante confectionem Aureae Bullae privilegiis de non appellando, & de non euocando gauisos fuisse, negandum non sit, quod prae ceteris Illustr. Dnus de LUDWIG in doctiss. ad A. B. annotat. & quidem Tom. I. p. 766. sequ. & Tom. II. p. 35. monstrauit.

partium commodo ventilari possint, confirmata 1), & ad singulos Ducatus atque ditiones Saxoniae, ad illas quoque, in quibus jus Ciuile alias locum obtinet, extensa fuit. Quemadmodum autem de extensione huius priuilegii ad omnes terras Saxonicas

IOANN. CHRISTIANVS WAITZIVS

GOTHANVS

Iurium Candidatus Prae-nobilissimus in Dissertatione sua inaugurali: *De Priuilegio Saxonico de non appellando ad terras Thuringicas, Misnicas & Franconicas extendendo.*

Ex professo egit; Ita ab hocce argumento haud alienum esse duxi, si loco Programmatis inauguralis: *Priuilegium Saxonicum de non appellando etiam querelam nullitatis, supplicationem similiaque remedia ad summa Imperii Tribunalia excludere*, quantum instituti ratio permittet, monstrarem.

Sunt equidem non pauci Doctores, inprimis Cameralistae, ut IOACHIM MYNSINGER 2), ANDREAS GAI-

---

1) priuilegium Saxonicum apud GYLMANNVM Tom. VI. Symphoremat. pag. 16. & apud Lünigium in Archiuo Imperii Contin. II. Tom. I. rubrica Chur und Fürstl. Haus Sachsen. Num. 67 reperitur, Quod KNICHEN in Tract. *De Saxonico non prouocandi iure & priuilegio*, qui Hanon. 1603. 4. prodiit, DOMINICVS ARVMAEVS & CARPZOVIVS in Dissertat. de hocce Priuilegio Saxonico editis, ex professo illustrarunt. 2) Cent.

GAILIVS 3), GEORG. THEODOR. DIETERICVS 4), CASPAR. KLOCKIVS 5), IOANN MEISCHNERVS 6, ADRIAN GYLMANNVS 7), GVILIELM. RODINGIVS 8), WOLFFGANG ADAM LAVTERBACHIVS 9), Vir Per-Illuſtris GEORG MELCHIOR de LVDOLF 10) Camerae Imperialis Aſſeſſor gravisſimus, Patronus noſter honoris cauſa nominandus, aliique, qui, ab inadmisſibili appellatione ad querelam Nullitatis ſimiliaque Iuris remedia argumentationem non procedere, adeoque, non obſtante priuilegio Saxonico de nòn appellando, tum remedium Nullitatis, tum Supplicationis à ſententiis Tribunalium Saxonicorum ad ſuprema Imperii judicia locum invenire, contendunt, ſequentibus potisſimum moti rationibus. I. Quod diſtincta appellationis & nullitatis ſint remedia 11), nec minus diſtincta Ordinationis Cameralis de illis capita, cum Parte II. Tit. 31. usque 34. & P. III. tit. 34. usque 38. de appellatione, Tit. 40. Part. III. vero de Nullitatis proceſſu agatur. II. Quod querela nullitatis fauorabilior ſit reme-

 dio

II. obſ. 77. & Cent. IV. Obſ. 68. 3) Lib. I. Obſerv. 135. ibique EBERHARD FABRICIVS in Gailio enucl. 4) in not. ad Aur. Bull. Tit. XI. 5) Tom. II. Conſil. 45. n. 44. 6) Tom. II. Deciſ. Cameral. L. II. Deciſ. 1. n. 66. ſequ. 7) vel potius qui ſub nomine Gylmanni latet, PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS T. III. Symphor. Rubrica: *Privilegium* p. 274. 8) in Pandect. Cameral. Lib. I. Tit. 21. n. 48. 9) vel potius filius eius, Camerae Imperialis Aſſeſſor, quippe qui Collegium Theoretico-Practicum Patris ſui multis obſervationibus, inprimis in doctrina de appellationibus auxit. 10) in pereruditа Comment. Syſtem. de Proc. Camerali p. 194. ſequ. 11) vid.

dio appellationis 1), adeoque, remota licet appellatione, deductio nullitatis non exclusa videatur 2), &, deserta appellatione, adhuc tamen remedium nullitatis supersit 3) nec minus, appellatione electa, & iterum dimissa, nihilominus nullitatis remedio uti liceat 4) III. Quod verba priuilegii Ferdinandini: Nicht appelliret, nicht suppliciret, noch reduciret werden soll, in keinerley Weiß. item: daß Ihre Liebden und deren Nachkommen Erkantniß, Urtheil, Decret und Abschied gantz kräfftig und mächtig seyn, stets bleiben, und vollstrecket werden sollen :c. vniversalia negatiua sint, quae restringi deberent ad id, cuius respectu proferuntur, nec ad ea, quorum diversa & separata est ratio, & quae iniquitatem continerent, extendi possent 5), sensusque priuilegii, appellationem nulla ratione, in keinerley Weisse admittentis, esse, ne sub externa nullitatis specie priuilegio Saxonico praeiudicium fieret 6). IV. Quod iniquitatis notam priuilegium de non appellando effugere non posset, si ad querelam apertae nullitatis extenderetur, quodue mirum foret, si quis iudex nullitates insanabiles, prae-

MYNSING. Cent. II. obs. 77.

1) REINCKING de Regim. Secul. & Eccles. L.I. class. 4. c.6. n. 6. unde tantus nullitatis favor dicitur, ut etiam post tres conformes sententias illa opponi possit. RICCIVS in Collect. Dec. 1283. 2) cap. inter ceteras X. de sentent & re iudic. VANTIVS de Nullit. Tit. qui possunt dic. de Nullit. SCHÜTZIVS in Colleg. Iur. Publ. Vol. I. Disp. 7. th. 26. FABRICIVS ad GAIL 1. obs. 135. 3) BACCHOV ad Treutl. Voll. II. Disp. fin. th. ult. DECKHER in Monument. lect. Camer. antiqu. p. 351. n. 4. 4) de LYNCKER. resol. 179. 5) vid. DIETERICVS ad Tit. XI. Aur. Bullae. 6) vid. doctis-

praetextu priuilegii, defendere ausus fuerit. V. Quod omnia privilegia respectu tertii strictissime sint interpretanda 1), praesertim vbi de iudicio exemtionis iurisdictionis alterius agitur 2), adeoque priuilegium de non appellando quibusdam Statibus Imperii vel absolute vel restrictiue i. e. ad certam summam concessum, etiam ratione summorum Imperi Tribunalium interpretationem extensiuam non admittat, inprimis cum faciliores iusto praecedentes Imperatores in concedendis priuilegiis de non appellando fuerint 3). VI. Quod Camera Imperialis non statim Querelam nullitatis admittat 4), sed supplicas eiusmodi examinare, &, nisi nullitates Processus deprehenduntur verae, atque probabiliter ostensae, petitum denegare, ac Acta ad forum priuilegiatum, etiam cum poena actoris, si de temeritate eius & calumnia constet, remittere soleat. Tandem quod VII. Exempla decretorum a Camera Imperiali Processuum, ad videndum deduci nullitates tum antiqua tum recentiora non desint. Sic ADRIAN GYLMANNVS, in caussa Aussees contra Rosenaw Anno M D XCI super nullitate a Curia Saxonica ad Cameram Imperialem prouocatum, & citationem decretam fuisse

simus Dnus de LVDOLF. lib. cit. p. 198. 1) L. 2. §. 10. D. Ne quid in loco publ. L. 43. pr. de Vulg. & pupill. substit. CARPZOV. P. II. Dec. 113. n. 13. 2) ROMANVS Consil. 18. & Gylmann. T. III. Symphor. p. 272. voce Priuilegium. 3) vid. Rec. Imp. Nouiss. de a. 1654. §. III. & Capitul. Carolin. art. 18. verb. In Ertheilung aber ꝛc. 4) Per-Illustr. Dnus. de LVDOLF, l. c. p. 195. & 198.

iſſe, narrat 1). Eodem modo, referente Viro Per-Illuſtri atque generoſisſimo GEORGIO MELCHIORE de LVDOLF 2), Anno MDXCVI. reproducta fuit citatio ſuper nullitatibus cum compulſorialibus in cauſſa Alberti Comitis Schwartzburgici contra Serenisſimos Duces Saxoniæ, quia in Curia Prouinciali Ienenſi vaſallo Schwartzburgico a ſententia Comitis appellationis Proceſſus fuerant decreti; nec minus ſimilem citationem cum compulſorialibus Anno MDXCVII. ob incompetentiam fori in cauſſa Wolfgangi Comitis in Barby contra Serenisſimos Duces Saxoniae Lineae Coburgicae reproductam eſſe, idem Vir doctisſimus ſcribit 3). Sed, hiſce rationibus non obſtantibus, Priuilegium Saxonicum non modo omnem appellationem prohibere, ſed nec ſupplicationem, reuiſionem, reductionem, nullitatem, quaeſtionem ſuſpecti, nec ullum alium prouocationis modum admittere, cenſeo. I. Quia verba priuilegii Ferdinandini vniuerſalia ſunt, omnemque prouocationem plane prohibent, in verbis: Ohne weitere Berufung, appellation, Supplication oder reduction an unſere Vorfahren Römiſche Kayſer und Könige, oder Unſer Kayſerlich Cammer-Gerichte, oder jemands bleiben zu laſſen. Item In keinerley Weyſe appelliret, ſuppliciret noch reduciret werden ſoll und mag. Item Da auch Jemands von der Chur und Fürſten zu Sachſen Er-

känd.

1) In Symphoremat. T. III. Rubrica. Priuilegium pag. 274. add. Vulteius de Iudic. Lib. IV. c. 2. n. 26. 2) in Comment. de Iure Camer. p. 199. 3) Libr. & loc. cit.

kandnüß, Urtheil, Decret oder Abschiedt, appellation, reduction oder Beruffung geschehe, so sollen Ihre Liebden, deren zu deferiren nicht schuldig seyn, auch von Uns und Unsern Nachkommen in Reich und an Cammer-Gerichte nicht angenommen werden. It. Auch dieselbige appellation, reduction, supplication, und was darauf gehandelt, und fürgenommen wurde, gantz krafftlos, untüchtig und nichtig seyn soll. Quae verba dicti Priuilegii vniuersalia, *nullatenus, nullo modo, nequaquam*, omnia sub se comprehendunt 1), quae excogitari possunt 2), quemadmodum de verbis priuilegiorum vniuersalibus hoc specialiter Doctores 3) asserunt. II. Quod & remedii appellationis & querelae nullitatis hocce in negotio vna eademque sit ratio, nam dum omnes prouocationes Beruffungen a Curiis Saxonicis ad suprema Imperii Tribunalia in dicto priuilegio prohibitae sunt, etiam querelam Nullitatis similiaque remedia prohibita esse, negari non poterit. III. Quod nulla iuris & priuilegii de non appellando existat caussa impulsiua, quae non etiam locum sibi in caussa nullitatis vendicet 4).

B IV. Quod

1) v. cap. Solitae X. de *Maiorat. & obed.* L. Iulianus D. *de legat. 3.* FRIDER. PRVCKMANN. conf. II. n. 33. 2) v. L. verum. C. de fideic. L. B. de LYNCKER. Dec. 853. Vnde BALDVS Consil. 326. ait. *Verba universalia adeo omnia comprehendere, ut nulla persona, nullus casus, nullusque locus exceptus intelligatur* add. Barbosae Thesaurus Loc. comm. voce *Universale*, & KNICHEN ad Privileg. Saxon. p. 450. 3) v. Tiberius Decianus Vol. II. Consil. 35. n. 48. CRAVETTA Consil. 308. n. 6. 4) vid. CARPZOV. De Iure ac privileg. Se-

IV. Quod alias inanis esset clausula priuilegio Saxonico inserta: Sondern Ihrer Liebden und deren Nachkommen Erkantniß, Urtheil, decret und Abschiede sollen gantz kräfftig und mächtig seyn, stets bleiben und vollstrecket werden, si per querelam Nullitatis in Camera vel Iudicio Imperiali Aulico decreta Curiarum Saxonicarum impugnare, & retractare liceret 5). V. Quod in Priuilegiis Caesareis de non euocando & de non appellando, Celsissimae domui saxonicae datis 1), nullus alius casus, nisi denegatae iustitiae eximatur, adeoque exceptio dicti casus denegatae iustitiae alias omnino esset superflua & superuacanea, quia ille ipso iure in omnibus quibuscunque generalibus priuilegiis tacite exceptus censetur, adeo, vt ne expressum qui-

renisſ. Saxon. Princip. de non appell. §. 69. 5) ut recte Consiliarii Saxonici: Sintemahl sonsten, da deductio nullitatis nachgelassen seyn solte, der Chur und Fürsten zu Sachsen Urtheil und Erkendnis ja nicht kräftig und mächtig seyn, stets bleiben, noch vollstreckt, sondern durch solche viam Nullitatis würden retractiret werden können, und würden also beydes diese und auch andere allgemeine Worte gantz vergeblich seyn, welches aber von einem privilegio, so nach vorhergehender statlicher Berathschlagung und mit so vielen praegnantibus verbis & clausulis von der Römisch Käyserl. Majestät selbst allergnädigst gegeben, gar nicht glaublich noch zuläßig apud CARPZOV. in alleg. diss. §. 68. mihi scripsisse videantur.

1 vid. Tit. XI. Aureae Bull. §. 3. ibi: *Quamdiu querulantibus iustitia non fuerit denegata*, & §. 4. ibi: *In defectum vero* IVSTITIAE &c. c. add. Privileg. SIGISMVNDI Imperat. de non

quidem aliquod priuilegium contra illum obtineat, ex quo, Imperatores Celsissimam Domum Saxonicam in omnibus & vniuersis casibus, excepto casu denegatae & protractae iustitiae, priuilegiatam & securam voluisse, satis superque patet 1). VI. Quod Serenissimi Saxoniae Electores atque Duces non tantum priuilegio de non appellando, sed etiam ab antiquissimis temporibus, nec non, vigore Aureae Bullae 3) atque Priuilegii Sigismundi Imperatoris 1), iure de non euocando simul gaudeant, quodue hoc priuilegium antiquius sit illo, atque ab Imperatore Ferdinando I. Anno Christi MDLIX. confirmatum fuerit 2), adeoque etiam hocce ob priuilegium eiusmodi querelae nullitatum similiaque remedia prouocatoria locum non inuenire, nec Vasalli ceterique subiecti Saxonici ad aliena iudicia extra ditiones Saxonicas, nisi in casu excepto, scilicet denega-

euocando Friederico Elect. Saxon. a. 1423. datum. 2) vid. RICHTER P. I. T. 6. Consil. 1. n. 46. 3) vid. Tit. XI. §. 3. & 4.

1) Quod a 1423. datum, & apud LVNIGIVM in Archivo Imperii Tom. II. Part. spect. II. p. 258 reperitur, ibi: die dann, nach Ausweisung der gemeinen Rechten und Güldenen Bullen, des nicht appellirens halben, privilegiret und begnadiget, & alibi: Es wäre auch unsers Vorfahren am Reiche, weyland Kayser Sigmunds hochlöblichen Gedächtnis privilegium verhanden. 2) Quod priuilegium Ferdinandinum apud GYLMANNVM Tom. VI. Symphorem. p. 16. extat.

tae & protractae iustitiae, trahi possint 1). VII. Quod, si sententia contraria admitteretur, totum priuilegium Saxonicum ab arbitrio & voluntate Aduocatorum dependeret, illique non erubescerent, sententiis, in Curiis Saxonicis latis, nullitatem quandam affingere, nec non rubricam supplicae & narrata ad nullitates dirigere, & hocce modo ipsum priuilegium, si non penitus euertere, vim tamen ei suam contra mentem Augustissimorum concedentium, atque tenorem ipsius priuilegii adimere 2). VIII. Quod, posito, sed minime concesso, si priuilegium Ferdinandinum declaratione quadam indigeat, non tamen suprema Imperii Tribunalia, antequam illa ab Augustissimo Caesare data, interpretem privilegii Saxonici agere, illudque in sui favorem restringere possint, quia ille, qui privilegium dedit, tantum facultate, illud declarandi, pollet, & Augustissimus Imperator optimus privilegiorum suorum interpres dicitur 3). IX. Quod Celsis-

1) v. RICHTER Vol. I. Part. 6. Consil. 1. n. 66. & 73.
2) rectissime hanc in rem Illustr. Dn. de LUDWIG in doctiss. annot. ad Aur. Bull. Tit. 8. §. 1. p. 788. ait: den die effronterie und Unbescheidenheit derer Advocaten so gros ist, daß sie diesen Thon, es wäre wieder die prima principia Iuris, es reimte sich, wie eine Faust aufs Auge, und so weiter auch bey allen Urtheln, die ihnen nicht ansichen, anzustimmen pflegen. 3) v. Dn. STRUVIUS in S. Iur. Publ. c. XI. §. 40. & c. XII. §. 1. nec non Excell. HOFFMANNUS in dissert. *De ratione interpretandi LL. Imperii Romano-Germanici publicas*

fissima Domus Saxonica in immemoriali possessione vel quasi iuris non appellandi, & non provocandi ad suprema Imperii Tribunalia sit, hisque, in caussa Nullitatis similibusque Processus decernentibus, semper fortiter contradixerit. Quod denique X gravissimi ICti tum Saxonici tum extranei v. g. PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS 1), ANDREAS KNICHEN 2), IOANN LIMNAEVS 3), DOMINICVS ARVMAEVS 4), BENEDICTVS CARPZOVIVS 5), CHRISTOPHORVS RICHTERVS 6), L. B. de LYNCKER 7) aliique hancce nostram sententiam defenderint. Nec huic sententiae rationes dubitandi, supra in medium prolatae, mihi obstare videntur, nam licet quoad I. & II. remedium appellationis & querela nullitatis distincta sint remedia: attamen respectu huius privilegii pro diversis, quia ad unum

 cun-

cap. 5. Unde Camera Imperialis tantum, si de violatione Privilegii Caesarei agitur, in iudicando concurrit. vid. GAIL. I. Obs. 1. & BLVMIVS in Proc. Camer. Tit. XXXIX.

1) In Quaest. Controv. & praeiud. Camer. c. 1. quae Gylmanni Symphorem. subiectae reperiuntur. 2) in Tract. supra nominato, ubi tamen multa aliena immiscentur. 3) In Iure Public. L. III. c. 10. qui tamen sua ex Wehnero descripsit 4) Disc. 5. ad Aur. Bull. concl. 17. & in pec. Diss. de privilegio Saxon. de non appell. quae tamen ad manus meas non pervenit. 5) In Quaest. ad A. B. disput. 6. qu. II. & in Differt. cit. §. 66. sequ. ubi simul contrariam sententiam, quam in Comment. in L. Reg. German. c. 9. Sect. 7. n. 10. defendit, revocat. 6) In Differt. de appellat. §. 20. 7) Decis. 193. licet antea in Tract. de gravamine extraiudiciali P. II. c. 9. §. 31. contrarium asserere non dubitaverit.

eundemque finem tendunt, haberi nequeunt, &, cum omnes provocationes, Beruffungen a Curiis Saxonicis ad suprema Imperii Iudicia in privilegio Ferdinandino simpliciter, & sub gravi poena sint prohibitae, respectu hujus privilegii Saxonici de non appellando querelam nullitatis favorabiliorem remedio appellationis pronuntiari non posse, nemo est, qui non intelligit. III. Quia Privilegium Ferdinandinum verba universalia auf keinerley weise in se continet, cujusmodi verba, siue sint affirmatiua, siue negativa, omnem casum etiam dissimilem comprehendunt 1), inprimis quando de voluntate disponentis apparet, quod casum non expressum includere voluerit 2), & exclusio effectum priuilegio contrarium induceret 3), quodque omnes rationes & causae impulsivae concessi privilegii etiam ad querelam nullitatis quadrent. IV. Quia, si ejusmodi privilegium de non appellando, quod simul exclusionem querelae nullitatis in se vel expresse vel tacite continet, iniquum pronunciatur, ipsi Augustissimi Imperatores iniquitatis insimulantur, quippe qui nonnullis Imperii Statibus talia privilegia expressis verbis concesserunt. Ita Serenissimi Hassiae Principes privilegium de non appellando ab Imperatore Ferdinando II. gloriosissimae memoriae A. C. MDCXXXI. impetrarunt, quod que-

1) vid. KNICHEN de Saxon. non provoc. iure p. 450. 2) CRAVETTA Consil. 895. n. 19. 3) Id. l. c.

querelam nullitatis ad suprema Imperii Tribunalia nominetenus excludit, in verbis: Und ob darüber von einen oder mehr von einiger Urtheil, die nicht über ein Tausend sondern nur 1000 Goldgülden oder darunter betrifft, appelliret, suppliciret oder reduciret werde, welchergestalt, oder von wem das beschehe, um derselbigen appellation, supplication, oder reduction, nullität Klage oder einige andere Zugs oder provocations Mittel, wie die immer gedacht oder genannt werden, es sey gleich in unsern Keyserlichen Rechten und des Reichs Sazzung exprimiret oder nicht, von unsern oder unserer Nachkommern am Reiche, Keyser oder Königl. Hoff-oder Cammergerichten &c. 1). Eodem modo privilegium de non appellando Principibus Schwarzburgicis, ab Imperatore Leopoldo A. R. S. MDCXCVII. datum, expressis verbis ad nullitatis querelam extensum fuit: In civilibus aber, da die Klage und Haupt-Sache nicht 1000. fl. Rheinisch und darüber werth wäre, so wenig ratione nullitatis als inquitatis, weder an uns, unsere Nachkommen am Reich, Römischen Keysern und Königen, noch unser oder Ihr Keyserlich Cammer-Gerichte nicht appelliren, suppliciren, noch reduciren sollen noch mögen. Quae verba etiam in Diplomate Cae-

1) vid. FABRICIVS ad Gail. I. Obs. 135. & de LYNCKER, de gravam. extraiud. P. II. c. 9. §. 31. Vnde etiam Gailius l. c. pro cautela commendat, ut impetrantes privilegium de non appellando, sibi etiam ratione querelae nullitatis prospiciant.

te Caesareo über die Standes Erhöhung des Uhralten frey Adelichen Ritter-Geschlechts derer von Ingelheimb, mit einverleibten erblichen gros-Palatinat und andern hohen Iuribus auch privilegio de non appellando, de anno 1680 occurrunt. Accedit, quod Curiae Saxonicae, dum privilegium Saxonicum de non appellando etiam querelam nullitatis similiaque remedia ad summa Imperii Tribunalia excludere asserunt, eo ipso nullitates ipsas, a iudicibus commissas, non defendant, quodve partes coram Curiis Saxonicis litigantes, nullitates praetensas ibidem proponere, atque transmissionem ad Collegium quoddam Iuridicum sibi expetere, nec minus, in casu denegationis, ex capite protractae atque denegatae iustitiae ad summa Imperii iudicia recurrere possint. V. Dum Celsissima Domus Saxonica iam ab antiquissimis temporibus privilegia de non appellando & de non evocando habuit, & tantum illa ab Imperatore Ferdinando I. confirmata fuerunt, nec minus in hocce privilegio omnes provocationes simpliciter prohibitae, & tandem una eademque & appellationis & querelae nullitatis hocce in negotio est ratio, merito privilegium Saxonicum etiam querelam nullitatis similiaque remedia excludere, statuitur. VI. Quia provocationes, vigore huius privilegii, a Curiis Saxonicis ad suprema Imperii Tribunalia simpliciter, & sub gravi poena cessare debent, nec memorata Imperii Iudicia super gravaminibus appellatio-

nis

nis iudicare valent, hinc eadem ratione nec cognitio: An verae nullitates adsint nec ne? ad dicta iudicia pertinet. Quoniam denique VII. exempla vetustiora, a Cameralistis allata, partim nihil probant, dum exemplis non iudicandum, sed legibus & rationibus 1), et non videndum, quid Romae iudicetur, sed quid iudicari debeat 2), partim periculo petentis processus decreti fuerunt 3), partim Celsissima Domus Saxonica statim contradixit 4), partim etiam ad deductionem in causa nunquam

C

per-

1) L. 13. De sent. & interlocut. 2) L. 12. D. De officio Praes. 3) uti ipse GYLMANNVS Tom. III. Symphorem. Rubrica: Priuilegium p. 274. fatetur. 4) Sicuti hoc litterae Serenissimorum Saxoniae Ducum FRIDERICI WILHELMI & IOANN. CASIMIRI ad Caesaream Maiestatem exaratae sub dato Coburgi die 6. Mart. a. 1592. nec non Rescriptum Caesareae Maiestatis Pragae d. 13. Iul. eiusd. anni ad Cameram Imperialem emissum in causa Aufseeß contra Rosenaw, quae apud IMMANVEL SVTORIVM in Tract. De non evocando & non appellando p. 117. sequ. reperiuntur, satis superque confirmant. add. litterae Serenissimi Ducis Saxo-Coburgensis ad ERNESTVM Ducem Saxoniae Vinariensem d. 10. Nov. 1626. in causa contra I. H. Wensen, in verbis: Sonderlich pfleget das Keyserliche Cammer-Gerichte in puncto praetensae nullitatis Procesß und Compulsoriales zu erkennen, in massen uns zu unterschiedlichen mahlen, ungeachtet der nachdrücklichen clauseln, dem priuilegio Saxonico einverleibet, auch gnugsamer deduction begegnet, daraus wir hiebevor mit des Herrn Churfürsten zu Sachsen Liebden communiciret, ob nicht eine Declaration zu erhalten, daran es bey vorigen Reglerenden Kaysern angestanden, aber diese Sache um die beschwerlichen zeiten willen, neben andern, biehero in suspenso bleiben müssen, quae apud Schilterum Exercit. ad ff. V. §. 6. n. b. inueniuntur, nec non Memorial ans Reich, so der Churfürstliche Sächs. Gesandte Herr AVGVSTIN STRAVCH

peruentum est, sed lites amicabili compositione sopitae fuerunt i). Ansam haecce praemittendi mihi dedit vir Iuuenis pereximius.

IOANN CHRISTIAN VVAITZIVS

Summorum in Iure honorum Candidatus clarissimus.

Primam is vidit lucem Gothae anno huius seculi quinto, die XXIIX. Octobr. Parentes nactus est ERNESTVM IOANNEM WAITZIVM Steurarum receptorem, Consiliarii Saxonici WAITZII filium, matrem vero MAGDALENAM SOPHIAM FREVNDIAM, Senatoris Gothani FREVNDII filiam. Hi, primis annis pietati bonisque moribus assuetum, priuatis praeceptoribus DORPTIO nimirum & SCHMIEDEKNECHTIO verbi diuini apud Brüheimenses nunc ministro ad annum vsque XIV. erudiendum tradiderunt, quibus se multum debere profitetur, deinde Gymnasium patrium publicum frequentare iusserunt, vbi sub fidelissima informatione EISCHBECKII, LOESCHERII, & REICHARDTI Professorum dicti Gymnasii clarissimorum fundamenta studiorum iecit non contemnenda. Sic bene praeparatus, anno M DCC XXIII. Salanam nostram adiit, & postquam sub regimine Academico P. IOAN-

übergeben, und dict. Ratisbon. 22. August 1670. per Mogunt. & Reichsgutachten, so vor Chur-Sachsen ausgefallen, und am 27. Sept. 1670 per Mogunt. dictiret worden, quae in Catalogo priuilegiorum S. R. I. Elect. Principum & statuum de non appellando, qui Francof. 1719. 4. prodiit, & quidem in eius appendice p. 32. sequ. reperiuntur.

i) vid. Per-Illustris Dnus de LVDOLF in Comment. de Iure Camer. pag. 199.

ANNIS HADRIANI SLEVOGTII Medicinae Professoris quondam celeberrimi albo studiosorum inscriptus, in philosophicis & Mathematicis clarissimum Philosophiae Doctorem KÖHLERVM, nec non Professores Publicos celeberrimos WIEDEBVRGIVM, atque STRBIVM, vt & Virum summe reuerendum IO. GEORGIVM WALCHIVM S. S. Theologiae nunc Doctorem & Professorem Publicum audiuit. Satis sic pro instituto Philosophiae disciplinis instructus, Iurisprudentiae studium aggressus est, & in Institutionibus Iustinianeis venerandum Academiae nostrae Seniorem BRÜCKNERVM Antecessorem atque Serenissimorum Saxoniae Ducum Consiliarium Aulicum, in Iure Feudali Canonico Publico atque Iurisprudentia Practica Excellentissimum Consiliarium Aulicum Vinariensem EANGVTHIVM, in Iurisprudentia denique Struviana & Iure Criminali B. Magnificum Ordinarium BECKIVM Doctores fidelissimos habuit. Collocato sic vtiliter in Salana nostra tempore, vt porro augeret profectus, in florentissimam Academiam Lipsiensem A. R. S. MDCCXXVII. concessit, clauum regiminis Academici nunc tenente summe reuerendo Theologiae Professore KLAVSINGIO, ibique scholas Iuris *Griebnerianas, Kuhnholdianas* atque *Mascovianas* sedulo frequentauit, & quae tum ad Ius priuatum, tum publicum illustrandum in illis tradebantur, non modico suo profectu percepit. Sic cum necessariis disciplinis satis se imbutum censeret, & ea, quae tot annis didicerat, in aliorum vtilitatem transferre cuperet, commoda

moda ſeſe obtulit occaſio, ut primum A. c. M DCC XXIX. a Libero Barone de BARANOFF Hereditario in *Benningby*, *Rappifer*, *Waitz* & *Lecti-gal* Liuoniam, deinceps vero ab Illuſtriſsimo Principe Rutheno, KNEES VROSSOW dicto, totius Rusſiae Cancellario atque primario Senatore, nec non Ciuitatis S. Petersburgi Gubernatore Petersburgum, ad ſtudia liberorum dirigenda vocaretur, quo ephori munere Praenobilisſimus Dominus Candidatus apud Dominum de Baranoff per annum & ſex menſes, apud memoratum Principem vero per reliquum tempus ſumma cum laude functus fuit. Verum, cum, in patriam redire, atque Academicos prenſare honores, e re ſua Dominus Candidatus eſſe putaret, per Pomeraniam atque ceteras Saxoniae inferioris terras ad noſtram Academiam rediit, & non tantum ſummos in utroque iure honores a Facultate noſtra decenter petiit, ſed etiam ſolita ſtudiorum experimenta ex lege ſubiit, atque, dum conſenſu omnium probatus, in eo, ut publicum ſuae eruditionis ſpecimen ſub Excellentisſimi Anteceſſoris HERTELII praeſidio ederet, iam occupatus eſt. Cui actui ut MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMI COMITES, Proceres & hoſpites omnium ordinum honoratisſimi, denique Generoſa & Nobilisſima ſtudioſae iuuentutis corona intereſſe velint, Collegii noſtri nomine decenter rogantur, invitantur. P. P. Ienae d. Febr. MDCCXXXIV.



(L. S.)